Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



GVOR·I·

senuisset samuel posuit filios suos
iudices israel. Erat qꝫ nomen filii
eius primogeniti iohel et nomen secu
di abya iudices in bersabee. et non am
bulauerunt filii illius in uiis eius. sed
declinauerunt post auaritiam. accepe
runt qꝫ munera et peruerterunt iudi
cium. Congregati ergo omnes maio
res natu israel uenerunt ad samu
elem in ramatha. Dixerunt qꝫ ei oes.
ecce tu senuisti. et filii tui non ambulant
in uiis tuis. constitue nobis regem
ut iudicet nos sicut et omnes
nationes. Displicuit qꝫ sermo in
oculis samuelis. eo quod dixissent
da nobis regem ut iudicet nos. et
orauit samuel ad dominum. dixit
autem dominus ad samuelem. Audi
uocem populi in omnibus que locuntur
tibi. non enim te abiecerunt sed me
ne regnem super eos. iuxta omnia opa
sua que fecerunt a die qua eduxi eos
de egypto usque ad diem hanc. sicut
dereliquerunt me et seruierunt dis
alienis. sic faciunt etiam tibi. nunc
ergo audi uocem eorum. Veruntamen
contestare eos et predic eis ius regis
qui regnaturus est super eos. Dixit
itaqꝫ samuel omnia uerba domini
ad populum qui petierunt a se regem.
et ait. Hoc erit ius regis qui imperatu
rus est uobis. filios uestros tollet et
ponet in curribus suis. faciet qꝫ sibi
equites et percursores quadrigarum
suarum. et constituet sibi tribunos et
centuriones et aratores agrorum
suorum et messium suarum. falces qꝫ
armorum suorum. et curruum suorum. filias qꝫ
uestras faciet sibi unguentarias et fo
cariam et panificas. agros quoqꝫ ues
tros et uineas et oliueta optima tolle
dabit qꝫ seruis suis. sed et segetes
uestras et vindemias reddituus ad deci
mabit ut det eunuchis et seruis
suis. Seruos etiam uestros et ancil
las et iuuenes optimos et asinos au
feret et ponet in opere suo. greges qꝫ
uestros ad decimabit. Vos qꝫ eritis
ei seruiet clamabitis in die illa a fa
cie regis uestri quem elegistis uobis
et non exaudiet uos dominus in die
illa. quia petistis uobis regem. Nolu
it autem populus audire uocem samue
lis. Et dixerunt nequaquam. sed re
gnet super nos. et erimus nos qꝫ sicut
omnes gentes. et iudicabit nos rex
noster. et egredietur ante nos. et pugnab
bella nostra pro nobis. Et audiuit
samuel omnia uerba populi et locutus e
ea in auribus omnium. Dixit au
tem dominus ad samuelem. Audi uocem
eorum. et constitue super eos regem. et
ait samuel ad uiros israel. vadat un
quisque in ciuitatem suam. IX

Erat uir de benyamin nomine
cis. filius abiel. filii seor.
filii beroth. filii afiah. filii
alia. filii uiri gemini fortis robore
et erat ei filius nomine saul electus
et bonus. Et non erat uir de
israel melior illo. ab humero et sursum
eminebat super omnem populum. Per
~~ebant~~ erant autem asinae cis patris
saul. Et dixit cis ad saul filium su
um. tolle unum de pueris tecum et con
surge uade et quere asinas. Cum
cum transisset ephraim et
terram salisa et non invenerunt tran
sierunt etiam terram salam et non
erant. sed et terram iemini et in
uenire reperiunt. Cum autem venisset